



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Bvrgvndi[i] I. C. Et Professoris Ordinari[i] Codicis  
In Academia Ingolstadiensi, Historia Belgica, Ab Anno M.  
D. LVIII.**

**Bourgogne, Nicolas de  
Ingolstadii, 1633**

V. C. Nicolao Bvrgvndio Ivrисcons. Summo, in summâ Flandriae Curiâ  
caussarum Patrono. Cum à Sereniss. Duce Bavariae evocatus ad  
lectionem Iuris publicam in Academiâ suâ Ingolstadiensi staret in ...

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10557150-4**

V. C.

NICOLAO BVRGVNDIO  
IVRISCONS.

Summo, in summâ Flandriæ Curiâ  
caussarum Patrono.

Cum à Sereniss. Duce Bavariæ  
evocatus ad lectionem Iuris publicam  
in Academiâ suâ Ingolstadiensi  
staret in procinctu suæ  
profectionis.

S At scio. Amicitiae primæva ab origine nostræ.  
Et voto docti tempore conloqui;  
Quod sanxere novem, nostri, sacra Numinæ, amoris;  
Accum prudenti Pallade, iusta Themis;  
Non maleuada tuam penetravit opinio mentem,  
Quæ enervet Fidei robora firma mea.  
Nam illa; velut scopulus contra maris impetum inanem.  
Immoto rumpens navifragam undam animo:  
Mutui in æternum viëturi conscia Amoris;  
Non per longinqui tædia discidij,  
Sit labefactari potis: haut per corporum amantum  
Vastitatem, aut præsens quæ mala languor habet.  
Atque adeò si quis nigrâ sit sensus in urnâ,  
Vivere post mortem hanc experiere meam.  
Verum etiam ut nostri quædam extera symbola Amoris;  
Fidi index animi; sit tibi, sitque alius:  
Hoc tibi, BVRGVNDI, huic nostro adposui Monumento  
Mnemosynum; æterna pignus Amicitiae.  
Nam clueas nostri licet ingens Belgica secli  
Lans, ut Pieridum deliciae et Charitum:  
Nucix in quoquam tibi se æquiparare potissit:  
Atque vicissatim me quoque perdite ames:

Connitar tamen ( heic fareas mihi *SANCE, FIDIQUE!*)  
Hanc tibi in hoc stadio laureolam eripere.  
*BVRGVNDI* ( quem *Astreæ, suocum Præside, MVSÆ,*  
Et Pallas curâ perpoliere pari )  
Mortale est quodcumque vides : *Animæ sed origo ;*  
In cuius penetrali inlatebravit *Amor*  
Seu ille tui, eterna est : *sic nostri mutua nexus*  
Fædera ; ut illius undique pars melior.  
Quare etiam fustrâ est , nostros tibi ut eloquar ignes.  
Nam qui cera potest parvula eos capere ?  
Cùm penitæ nequeant vix hoc in corde medullæ.  
Tanta meis superat flamma cupidinibus.  
Hinc scio nil Pyladis , nil Thesei fama valeret,  
*Vnanimique nihil gloria Peirithoi :*  
Illo nos olim si vixissimus in ævo ;  
Omnibus ac noster cognitus esset *Amor*.  
At tibi sit semper mens sana in corpore sano,  
*B V R G V N D I ; ex voto & vita superstes eat.*  
Missiculataque scripta volent : perfrigeret æstum  
Ne inrepens sensim torpor Amicitiae.  
Sed potius ( meminens nostri ) alternata, requirant  
Sæpe , satin' salve ? Sic tibi , m'que vale.

## IEREMIAS PIERSENÆVS

I. V. D.

in eadem Curia Regis Catholici Consiliarius  
& Fisci Patronus  
Amico Optimo Maxumo  
cum mœrore L. M. Q. P.  
ac omnia felicia & beata cum incremento Dignitatis  
suæ EX VOTO adprecor  
in Maximâ Flandræ. ipsis Kal. Septembris.

M. ID. C. XXVII.

NICO.

